

2 coram me, excusare, * aut impugnare non potest, Rota decis. 290, n. 2, part. 1, recentior. decis. 293, num. 2, ad med. part. 2.

Ut propterea gratis ex adverso allegetur praesentia litis super caducitatē, & appellatio interposita à decreto manutentionis Monialibus Domini directis, quæ tanquam de re devoluta possessionem apprehenderant concessæ, quia postmodum per acceptationem, * ut supra, remissionis caducitatē à lite recessisse & bonum jus Monialium agnovisse, necnon dicto decreto manutentionis acquirevisse censentur, Bald. de renovat. emphyteut. lib. 1, q. 4, n. 12, versic. emphyteuta enim, ex text. in leg. si quis ante, ff. acquir. possit. I. pacta novissima, C. de pact. aliquie initio allegati. Præter quod cum factum alienationis, & mora in solvendo canones esset incontravertibilis, & exinde ex speciali pacto in antiqua investitura apposito resultaret effectus caducitatē, pendens * litis tanquam calumniosè non merebatur attendi.

4 L. 1, §. si inter, ff. litig. Lancellot. de attentat. lit. pendens. cap. 4. limit. 4. Lottier. de re benefic. lib. 2.

5 qu. 20, n. 97, eoque minus appellatio * interposita, ut supra, à mandato de manutendo, quia illius executionem non suspendebat, I. unica, Cod. de momen. poss. cap. fin. §. de possessione secunda qu. 6, Seraphin. decis. 1295, n. 2, Duran. dec. 222, num. 6. Rota in Bononien. bonorum 17. Martii 1649, coram me.

Quapropter cum ex natura rei, & partium confessione constet concessiones emanante post incursum caducitatē ex culpa emphyteutæ, & quod plus est post incorporationem, ac possessionem bonorum * à Monialibus ex hoc capite captam, Judicisque decreto confirmatam nec appellatione suspensibilem, eas novas esse dicendum est juxta distinctionem Bero. conf. 112, n. 3, & 4, lib. 1, passim ab aliis in prima decisione allegatis receptam, quamvis processerint per viam remissionis caducitatē incurse, ut in fortioribus terminis dixit Rota in Portuen. Stagni 10. Junii 1641, §. nec refragatur, vers. nibilominus, coram bo. me. Cardinali Panzirolo; attentis præsertim novis pactis ibid. apotitis, nempe quod non nudus situs, ut in antiqua, sed domus desuper ædificata conceditur; quod secunda concessio facta Angelæ habeatur pro non facta, quatenus Angela esset Monialis, quod solvatur laudemum, quod augeatur canon, quod per solam moram biennii in solvendo canones caducitatis contrahatur, quod in easum contraventionis Moniales possint domum cum melioramentis propria autoritate capere; quod investitura sit pro hæredibus, & successoribus absque clausula cæterata, quæ aderat in antiqua, & absque pacto francandi in eadem adjecto; hæc enim omnia de novo conventa, * cum pleraque resipiant non solum accidentia, sed ipsam substantiam rei, & contractus emphyteutici, efficiunt ut concessiones licet emanaverint sub commemoratione antiquæ, sint prorsus novæ, ut præter allegatos in prima decisione tradit Oſasc. dec. 23, n. 21, & seqq. Cavalc. decis. 30, n. 88, p. 2, aliquie allegati à Modern. Fulginateſi de jur. emphyt. q. 9, n. 12, & duobus seqq. quibus additur Capyc. Latro decis. 67, n. 12, Rot. coram Jan. mem. Gregor. XV. decis. 552, n. 19, & in Cervien. bonorum 23. Martii 1648, coram Rev. Terracinen.

7 Nihil obstante, quod ibidem fuerit nominatum remissa caducitas, * quia hoc esset momenti nisi nova pacta adessent, in quibus terminis sequitur Caldas. de renovat. emphyt. lib. 1, q. 4, n. 13, & 14, in fin. Seraphin. dec. 1496, n. 2, & quotquot ex

adverso allegantur, secus è converso, ut bene declarat Rosenthal. de feud. cap. 2, concil. 19, n. 4, ubi loquitur in fortioribus terminis, & allegat concordantes; quorum opinio libentius recipienda in casu nostro, quia ipsa remissio caducitatē facta legitur pro certo pretio ab emphyteuta soluto, & verba ipsa sonant in novam concessionem, & ulterius illam anni 1597. novam fuisse declararunt partes in subsequenti anni 1612. facta Angelæ autrici Hospitalis adversarii: atque ita multa concurrunt ad demonstrandam mentem de novo concedendi; licet secus esset si ea mens eliceretur tantum ex verbo de novo concedimus, * in quibus terminis loquitur Malvas. conf. 40, n. 25. Rot. decis. 499. nu. 18. part. 5. recent. aliquie ex adverso allegati.

Non obstat, quod nova pacta, quando sunt utilia Ecclesiæ, non reddant concessionem novam, * quia verum est ad effectum, ut si substantiam contractus non tangunt, & res sit solita locari, beneplacitum Apostolicum desuper non requiratur, prout loquitur Calderin. consil. 11, de feud. Federicus de Sen. consil. 196, numer. 1. quos refert, & sequitur Caldas dicta quæst. 4, num. 8, versic. hoc tamen, & comprobat Rota decis. 191, numer. 15, part. 4, diversor. requiritur autem si pacta * essent præjudicialia

10 Rota decis. 243, numer. 16, part. 7, recentior. non autem ad effectum ne concessio dicitur nova, & independens à prima, quia tunc solum attenditur an nova pacta resipiant substantiam contractus, & acceptata fuerit caducitas ex capite contraventionis, vel aliunde elucescat mens de novo concedendi ex supra allegatis. Minus obstat, quod si concessiones essent novæ partes referentes beneplacitum Apostolicum; quia vel illud necessarium non erat ex quo nova pacta utilia erant Ecclesiæ, ut mox dicebatur, vel prævalent alia conjecturæ, imò, & demonstrationes supra adductæ; vel in omnem eventum de beneplaciti Apostolici defectu, sola Ecclesia exciperet potest, Mantic. de tacit. lib. 3, tit. 16, sub num. 12, Gratian. disceptat. 202, num. 25, Surd. decis. 171, num. 17, Adden. ad sanct. mem. Gregor. XV. decis. 467, num. 16, Rota decis. 133, numer. 11, part. 2, diversor. decis. 375, num. 4, part. 1, recentior. & in Maceraten. Census 1. Februar. 1648, coram bon. mem. Cardinali Hieronymo Verospio.

Elaborandum ergo non est super intellectu antiquæ investituræ, fuerit scilicet, nec ne, transitoria ad extraneos, vel correspondenti canonis fructui rei concessio, locatio potius quam emphyteusis; quia agitur ex novis concessionibus præcisam habentibus naturam contractus emphyteutici, & in quibus non militat correspondientia canonis, quin ille longè minor est fructus domus concessio ad annua ferè scuta centum, & ultra ascende, & insuper adeo obligatio solvendi laudemum locationi non congruens ex allegatis in prima decisione §. his positis.

8 Quatenus vero etiam novas concessiones transitorias esse ad extraneos educitur ex clausula, ad habendum, & in perpetuum, ibi, apposita, placuit Dominis responsio primæ decisionis in §. contrarium, quod videlicet clausularum * hujusmodi virtus evacuat ex prohibitione alienandi, sine consensu Domini, ut articulo mature discussio, & aliis decisionibus allegatis bis respondit Rota in Caieta. bonorum teria Decembri 1646, §. quod sine difficultate,

ficiunt, & duob. seqq. & 10. Junii 1648, §. & proinde, vers. loquitur, coram R. P. D. meo Cerro, ubi signanter declaratur decis. 294, par. 2, recent. quæ eadem est cum decisione relata per Giovagn. conf. 44, n. 85, lib. 2, ex adverso allegata. Alia autem decis. 741, n. 17, & 18, part. 4, tom. 3, recent. pariter ex adverso allegata, loquitur de prohibitione alienandi restricta ad personas prohibitas; solumque firmat, quod fieri potest alienatio cum consensu Domini in personas comprehensas, * ut legitur sub n. 16, vers. saltem; unde non sequitur, quod investitura sit transitoria ad quoscumque, ut bene declarat Corbul. de jur. emphyt. tit. de caus. privat. ob alienat. limit. n. 2, & 3, aliquid in dicta Caietana bonorum, & in decisione hujus cause allegati.

Ex quibus inevitabilis manet devolutio ob deficientiam lineæ Francisci, & Angelæ tertio loco, ut supra, investitæ; nec non ex quo Angela dominum traftuit in manum mortuam, hoc est, Hospitale adversarium, cui non suffragant solutiones canonum facta procuratori Monialium, vel earum Priorissæ; quia esto quod procurator, seu Priorissa, * possit recipiendo prædicare Ecclesiæ, quando remissio caducitatē pender ab eam, vel Ecclesia potestate, in quo casu loquitur Dec. conf. 329, sub nu. 3, Mantic. de tacit. lib. 22, tit. 23, sub

15 nu. 10, secus est, quando ultro necessarium * erat beneplacitum Apostolicum, quia tunc sicuti non potuisset prædicare exp̄les faciendo novam investitaram, eo minus tacitè recipiendo canones, juxta textum in I. Oratio, ff. sponsal. Surd. conf. 5, n. 40, & in proximis terminis Rota in Grenden. Beneficii 30. Aprilis 1640. §. minus facit, coram R. P. D. meo Royas, & in punto quod dicto casu receptio canonum non præjudicet Ecclesiæ, tradit Mantic. d. tit. 33, num. 12.

In casu autem nostro necessarium fuisse beneficium placitum Apostolicum, quia res non est solita* locari, & quia solitum alteratur transferendo domum in manum mortuam comprobant allegati in prima decisione §. final. & alii quos sequuntur est Rota in d. Cervien. bonorum 23. Martii 1648, §. non sustinetur il 2, coram R. Terracinen. Quin nec sufficeret beneplacitum Apostolicum, cum copulativè

16 requiratur evidens utilitas Ecclesiæ, * quæ hic deest cum pro domo anni redditus scutorum centum, & ultra exiguis canon scut. octo solvatur, ut in fortioribus terminis de concessione domus redditus annuorum scutorum 77, pro anno canone scutorum 12, dicit Rota in Romana domorum 18. Febr. 1650, coram me.

Et ita utraque parte informante Domini primam decisionem confirmarunt.

DECISIO LXXIX.

R. P. D. VEROSPIO.

Bononien. Legati.

Veneris 28. Junii 1652.

SUMMARIUM.

1 Statuti dispositio militans in sententiis validis non militat in injus.

2 Legatum dotis ab extraneo relicitum dicitur conditionale. Conditionale non transmittitur ante conditionis eventum, n. 3, & 5. Pro dote dicitur conditionale, num. 12.

4 Conditionem non inducit tempus certum legato adiectum.

6 Conditione adiecta executioni, & non substantiae legati, non facit illud conditionale. Quando substantiae legati non executioni censeatur adiecta, num. 7.

8 Dos quando succedit loco legitimæ omnem conditionem respuit. Non debetur filiae si non perire, num. 11.

9 Conjecture in claris non admittuntur.

10 Alimenta præstantur pueræ donec nubat.

13 Confesso facta in his, que à potestate confitentis non dependent, non nocet.

IN ultimo, sub quo Gaspar Paſtarinus testamento deceperat Dialtae legavit in hac verba, videlicet, postquam compleverit ætatem annorum 17, reliquit pro ejus dotibus cum nupserit in seculo, vel in Domino libras 4. Bononien. moneta currentis; Pro cujus affectione legati post obitum Dialtae 17. expleto jam anno præcedentis innuptæ Felicita soror ipsius, ac hæres binas sententias favorabiles obtinuerat; ab his vero commissa mili causa appellationis, sub clausula constituta, quod sit locus statuto Bononien. in legatorum causis unicam tantummodo appellationem deferenti, dubium hodie proposui juxta scriptum; & in negativam DD. iure sententiam. Quoniam dispositio statuti militans in sententiis validis * æquæ, ac iustis in his injuriatæ vitio laborantibus admitti proinde non poterit, secundum Eugen. conf. 52, num. 44, lib. 2, Modern. Roman. discept. foren. cap. 691, nu. 27, Rot. decis. 662, n. 3, p. 1, recent. & coram bo. me. Urgellen. decis. 198, num. 2, & in Bononien. prædicti 5. Decemb. 1636, coram R. Terracinen.

Harum vero injuriatæ sententiarum exinde defumitur, quod legatum dotis exiftebat conditio, * dum relictum fuerat ab extraneo ad text.

1 L. sancimus, C. de nupt. l. stipulatione 22. ff. de jure dot. not. Bart. in l. Titio centum, §. Titio genero nu. 3, ff. de condit. & demonstr. Menoch. conf. 455, n. 8, Card. Mant. de conjct. lib. 11, tit. 22, nu. 8, in fine cum seqq. Rot. coram Greg. decis. 346, n. 2, illudque fuerat cum nupserit attributum, ut ponderavit Ruin. conf. 68, n. 7, lib. 4, Menoch. conf. 455, n. 10, Paris. conf. 25, n. 59, lib. 2, Rot. in Bononien. successionis II. Februar. 1598, coram clar. me. Card. Pamphilio, & 29. Octobris 1500, coram Lancell. post primum vol. conf. Giovagn. conf. 42, n. 129, & 132, quod ideo per legatarium transmitti* non potuit ad suos hæredes, si pendente nupserum conditione deceperit ad text. in l. sed, & si plures, ff. de vulg. & pupill. l. pen. C. de impub. & aliis substit. Menoch. conf. 81, n. 4, & conf. 455, nu. 1, Rot. decis. 538, num. 6, part. 1, divers. & in add. Bononien. successionis II. Febr. 1588, coram Cardin. Pamphilio, & in aliis relatis in Romana fideicommissi de carribus in §. quia dos legata fuerit 20. Novembris 1647, coram me, sed penes legantis hæredes remansit, ut voluit Paris. conf. 25, num. 59, lib. 2, Covar. in cap. 3, n. 11, de testam. ubi attellatur de communi Albert. Brun. in tract. quod stanibus masculis art. 11, qu. 3, n. 23.

Neque hujusmodi legatum purum poterit reputari, sive fuisse purificatum, vel quia ipsius configuratione ætas annorum 17, adiecta fuerat, adeoque certum tempus * omnino futurum nullam inducens regulariter conditionem juxta text. in l. Seius Saturninus, ff. Trebell. l. ex his, C. quand. dies legat. sed Bald. in l. ambiguitatem nu. 4, vers. aut apponitur dies certa, C. de usfr. Vel quia con-

m 4 ditio

ditio certam dumtaxat etatem legatariae respi-
ciens, dum illa expleta fuit purificata remanit,
& tum legatum consequenter reddidit transmissi-
ble ad hæredes per text. in l. si post diem, ff. quan-
do dies legat. sed, & in l. un. §. cum agiur, C. de
caduc. toll.

Quoniam non solum certa dies præstationi le-
gati adjecta fuit, sed expressa quoque nuptia-
rum conditio,* legatum conditionale constituens,
ac purificationem conditionis per lapsum solius
diei ex adverso prætentam, omnino excludens,
dum legataria eadem pendente deceffit, ut pon-
deravit Dec. conf. 2, n. 5, Bero. conf. 160, n. 8, lib. 3.

Non etiam purum poterit recenseri legatum
ex eo, quod nuptiarum conditio, ac dotes, exe-
cutioni ipsius adjecta * fuit, & postquam unde-
quaque perfectum evaserat, non autem ipsius le-
gati substantia, cùm tunc ad designandum pot-
tius tempus solutionis, quam ad ejus substantiam
coarctandam apposita videatur secundum Bald.
in l. ambiguitatem n. 4, C. de usuf. Castr. conf. 135,
n. 2, lib. 1, Aym. conf. 101, n. 1.

Dum enim totum legatum ab uno tantum-
modo regitur verbo *reliqui*, præfata nuptiarum
conditio,* ac dotes substantia legati, non autem
executioni, censetur adjecta, jux. theor. gloss. in
l. Seius Sempronius, ff. ad Trebell. Crass. in §. lega-
tum qu. 43, nu. 7, Noval. de transmissione cas. 17,
nu. 55. Illud præterea legatum reddidisset condi-
tionaliter incerta dies ipsius præstationi adjecta,
ac qualitas personæ legantis, videlicet extraneæ,
Angel. in l. Seius Saturninus nu. 2, ibique Alex.
Pariter n. 2, ff. ad Trebell. Card. Mant. de conject.
ulim. volunt. lib. 11, tit. 18, n. 20, Riminald. jun.
conf. 624, num. 19, & 20, Merl. de legitima lib. 3,
tit. 1, qu. 8, num. 62.

Non urgent auctoritates, quæ adduci possent
in contrarium, cùm vel procedant in dote suc-
cedente loco legitimæ,* ac quancumque proinde
conditionem rejeciente, ex trad. per DD. in l. ult.
§. filia, ff. de legat. 2, ac alii relatis, in add. Ro-
mana fideicommissi de Carrulis 20. Novemb. 1647,
coram me; Vel loquantur contra communem
DD. sententiam, ut advertit Card. Mant. de con-
iect. ult. volunt. lib. 11, tit. 18, n. 21, Rot. coram
Greg. decif. 346, n. 3, & 4.

Hinc cessant conjectura ad arguendum legatum
purum ex adverso deductæ,* cùm illæ in hac cla-
ra testatoris dispositione non admittantur, l. con-
tinuus, §. cum ita, ff. de verb. obligat. l. ult. §. fin au-
tem, C. de bon. que liberis notat Bertrand. conf. 268,
vol. 2, part. 1, Surd. de aliment. tit. 4, qu. 9, n. 29, &
tit. 6, q. 3, n. 4. Nec præterea legatum purum con-
cludant: Prima enim petita ex pecuniarum depo-
sito hæredi per testatorem injuncto ante lapsum
etatis annum 17. nuptiarum conditione, ut ex ad-
verso prætenditur, non excludit, ac si ad commo-
dum legataria illud sancitum foret secundum Ca-
str. conf. 125, n. 2, lib. 1. Quia ibidem testator ad fi-
liarum creditum jusserrat deponi pecunias, easque
ante nuptias legataria tradi mandaverat, cùm sci-
licet primùm nubilem etatem attingerent, ut ex
ejusdem consilii lectura dignoscitur; Quia cùm
in propposito casu deficiant suadere non valent
ad creditum legataria ibidem non expressum præ-
scriptum fuisse depositum, sed potius ut eadem
pecuniæ promptæ essent, atque paratae, in casu,
quo cedente nuptiarum die, vellet matrimonium
legataria contrahere.

Altera quoque conjectura deducta ex legato
alimentorum ab uxore præstando, quo usque le-
gataria 17. sue etatis annum attingeret, nec ar-

guit legatum purum, quasi illud ex tunc alimen-
torum loco cedere debuisse, sed potius prudens
consilium testatoris impellendi legatariam quanto
citius ad nuptias, postquam eam explevisset etat-
tem: Siquidem uxori præceperat ut Dialtam domi
sua retineret donec ad 17. etatis annum perve-
niret: Eodem verò tempore expletio, si nuptias
non successissent, id injunxit hæredi, à quo pro-
pteræ * debuerat tunc consequi alimenta secun-
dum Bart. in l. 1, in fin. C. de leg. Corn. conf. 223,
col. 2, vers. & saltem procedit vol. 2, & in conf. 156,
circa fin. vol. 4, Surd. de alim. tit. 2, qu. 3, n. 11. Ut
etiam observantia successiva declaravit, ex testi-
bus justificata, quorum depositione convincitur
ad obitum usque Dialta alimenta recepisse à le-
gantis hærede. Neque subsistit in facto, quod di-
latio nuptiarum ex non subsecuto deposito suc-
cesserit, id enim nullâ ratione concludit. Quini-
mo neque justificatur ex adverso eamdem Dialta
requivisse hæredes,* ut sibi de viro provi-
deretur, nec consequenter, quod usquam ad nup-
tias adspiraverit, ut declarat Menoch. conf. 81, n. 5,
Riminald. conf. 585, lib. 3, Afflit. dec. 370, n. 7.

Confessio denique in instrumento transactionis
initiatæ à Pastarinis super puritate legati post obi-
tum Dialta cum uxore Andreæ, visa fuit ex fa-
cto quoque correre, cùm non emanaverit post-
quam ipsam Dialta dececerat; Quinimò pre-
se ferat debitum legati pro dote,* quod conse-
quenter supponitur esse conditionale, text. in l. san-
cimus, C. de nupt. & in l. stipulatione, ff. de jur. dot.
Præterquam legatum prædictum ex eadem con-
fessione purum reddi non potuit, si existat condi-
tionaliter, dum non ab ipsius voluntate confi-
tentis, * sed à juris dispositione dependet ad
text. in l. cum falsa, C. de jur. & facti ignor. Aym.
conf. 29, nu. 2, Menoch. conf. 498, n. 4, & 27, Rot.
coram Verall. decif. 185, n. 4, p. 1.

Et ita &c.

DECISIO LXXX.

R. P. D. ZARATE.

Æsina fideicommissi de Franciolinis.

Veneris 28. Junii 1652.

S U M M A R I U M.

- 1 Reciproca substitutio de linea ad lineam ex qui-
bus inducatur; substitutio ex dictione, invi-
ceme, inducitur, num. 2. Dicitur substitutio
facta pluribus ultimo, & in tota n. 5. Substi-
tutio inducitur ex digressu ad plures gradus
substitutionum, nu. 10. Substitutio resultat ex
vocatione feminarum finita linea masculina,
num. 17.
- 2 Verba, ex ipsis, & quolibet ipsorum, substitutio-
nem reciprocum important.
- 3 Verbum, linea, importat collectionem plurium
personarum: illi, vel illis, comprehendunt ca-
sum, quo pluribus simul deficientibus linea de-
ficeret, n. 8.
- 4 Descendentia tota quando dicatur vocata proba-
tur per testes, nu. 23. Ad effectum successionis
facilius probatur, n. 2.
- 5 Substitutio dicitur facta ultimo quam est facta
post mortem omnium in tota quando facta,
num. 13.

9 Paris-

- 9 Paris. conf. 43. lib. 2. declaratur.
- 10 Fusar. conf. 45. declaratur.
- 11 Rot. decif. 209. part. 4. tom. 2. recent. decla-
ratur.
- 12 Testator si non expressit, à quo restituenda sit
hereditas intelligitur ab ultimo.
- 13 Descendentis in infinitum succedere non possunt,
niisi de linea ad lineam reciprocè instituti di-
cantur. Inter de linea ad lineam facilius indu-
citur reciproca substitutione, nu. 18. Contrarium
sustinentes declarantur, n. 19. Non concurrunt
cum transversibus, n. 20. & 21. Inter indu-
cta reciproca substitutione resultat inter patres eo-
rum primo institutorum, n. 22.
- 14 Testes jurati post terminum non probant, &
sententia circa statum: probant etiam in alio
judicio, n. 26. & 39.
- 15 Terminus, & attus prorogationis idem est.
- 16 Filiatio incidenter facilius probatur. In judicio
possessoris facilius probatur, n. 29.
- 17 Legitimitas est probanda vocatio de legitimo ma-
trimonio natis. Probatur ex admissione ad suc-
cessionem legitimis debitam, n. 31. Levioribus
probatur n. 33. In antiquis presumuntur nisi de-
tetur sumus de contrario, n. 34. Ex quibus pro-
batur n. 35. Ex confessione adversarii proba-
tur num. 36.
- 18 Legitimus in dubio quis presumitur.
- 19 Mors probatur ex fidei Parochi: probatur ex te-
stibus, num. 38.
- 20 Probations in antiquis conjunguntur.
- 21 Conjecturæ in antiquis probant. Ex testibus or-
iuntur num. 42.
- 22 Identitas probatur ex confessione partis: proba-
tur ex sententia, n. 45.
- 23 Confessio improbari nequit ab habente causam à
confidente.
- 24 Possesso probatur ex litis sustentatione.
- 25 Dotem jam constitutam ex fideicommissione, qui
vuli retraçare debet probare existentiam li-
berorum.
- 26 Bona intricata non impedient regressum ad fidei-
commissaria pro doto constitutione, aut re-
stitutione.
- 27 Remedium Aut. res quæ C. com. de legat. ut
excludatur probatio debet percutere tempus
alienationis.
- 28 Missionem ex l. fin. C. de ed. D. Adr. toll. per
indicem de partibus concessa, D. D. Franci-
fico, & Vincentio de Franciolinis, super dimidia
parte molendini tanquam suppositi fideicommissio
Jo. Baptista de Franciolinis sen. aduersus D. Ga-
brialem Simonettam detentorem per sententiam,
ab A. C. fuit confirmata, quia iterum ad Rot. de-
voluta, fuit resolutum confitare de fideicommissio,
quod evidenter colligitur ex verbis Testatorum,
quia Testator instituit nepotes suos ex filio præ-
mortuo, quibus substituit filios, & descendentes
masculos in infinitum, & in perpetuum, & poste-
adjecti, quos filios masculos dictorum instituto-
rum, & cuiuscumque ipsorum nepotes, & descenden-
tes masculos per lineam masculinam invicem
substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum,
quæ verba* proculdubio important reciprocum
fideicommissariam expressam de linea ad li-
neam, ut probant DD. in l. Caius 45, ff. de vulg.
pig. n. 46, Imol. n. 12, Alex. n. 19, Zuccad. conf. 72,
nu. 4, & seq. Decian. resp. 41, nu. 3, & seq. lib. 1, &
resp. 54, n. 4, lib. 2, Mart. de success. legal. p. 4, q. 21,
art. 3, n. 3, & seq. Rot. dec. 361, n. 8, p. 1, recent. &
dec. 934, sub nu. 14, vers. unica tamen coram Seraph.
- 29 & in Aux. fid. 2. Junii 1638, §. fin. coram Decano.
Quod ex dictione invicem * comprobant Alex.
conf. 22, n. 11, lib. 5, Gabr. conf. 110, nu. 73, 8. & 17,
lib. 2, Laderch. conf. 72, n. 3, & seq. Franc. Redenasc.
conf. 60, n. 2, Rot. decif. 1615, n. 9, vers. & respectu,
coram Penia, & in terminis in Romana fideicom-
missi de Maximis 28. Januarii 1647. §. nec obstat
visum fuit coram Eminentiss. Cardin. Ottobono,
maxime coniuncto verbo cuicunque, quod tribuit
actum cuicunque in solidum, & determinat re-
ciprocum substitutionem inter omnes descenden-
tes, ut de verbis ex ipsis, * & quolibet ipsorum,
Rot. dec. 579, n. 12, vers. 3, facit, p. 1, divers. & de
verbis cuicunque ipsorum Fular. conf. 108, n. 3,
& 4. Peregr. conf. 30, nu. 13, lib. 1. Eugen. conf. 21,
n. 20. & seq. lib. 2. Gratian. discept. 285, n. 8, & seq.
Rot. dec. 125, n. 5, p. 1, recent. eoque magis extan-
tibus in dictis substitutionibus illis verbis per li-
neam masculinam *quæ collectionem plurium per-
sonarum, & gradum comprehendit, Rot. dec. 6,
n. 20. & seq. dec. 21, n. 19, p. 5, rec. & latè in Roma-
na fideicommissi de 27 Januarii 1649. §. eoque
magis, coram bon. mem. Arguelles.
- 30 Tacita verò reciproca evitari non potest; siquidem
concurrunt illa tria requisita, ex quibus indu-
citur, * nempe vocatio totius descendenter sub-
stitutione facta ultimo, & in tota hereditate, ex tra-
ditis per DD. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad
Metell. l. Titia Seio, §. Seia libertis ff. de legat. 2.
Surd. conf. 329, nu. 6. Modern. Lucens. conf. 66,
nu. 60. & seq. Peregr. de fideicom. art. 13, nu. 14.
Mantic. de conject. ult. vol. lib. 7, tit. 5, n. 55. Fusar.
de subst. qu. 472, n. 35. Rot. coram Buratt. dec. 897,
n. 6. Duran. decif. 258, n. 9, d. dec. 296, n. 2, dec. 450,
n. 3, & coram Coccin. 493, n. 9, d. dec. 1615, n. 2, coram
Pen. dec. 300, nu. 10, p. 1, dec. 209, n. 6, & 7, p. 4,
tom. 2, dec. 649, nu. 9, p. 4, tom. 3, dec. 284, n. 16, p. 6,
recent. in Rom. fideicom. de Longibis 28 Maii 1618.
coram S. S. D. N. in Spolestanæ fideic. 10 Junii 1639,
coram R. P. D. meo Royas, in Florentina, seu Bononiæ
fideic. de Barbadoris. 15 Junii 1640. coram bon.
mem. Coccino, & 28 Junii 1641. coram R. Sal-
mantino in Rom. fideic. de Rodianis. 3 Junii 1647.
in princip. coram R. P. D. meo Melio in Rom.
fideic. de Mutis. 19 Febr. 1646. & 15 Junii 1648.
§. tandem coram eod. impress. post Redenasc. conf.
58, fol. 475, in Terracinen. fideic. de Pelorii 15,
Maii 1648, in princ. coram R. Terracini. & 28.
Maii 1649. partier in princ. coram E. Ottobono,
& in Bononiæ. fideic. de Guidottis 23 Januarii 1649.
in princip. coram bo. mem. Arguelles registrata post
d. conf. 58. Redenasc. fol. 492. & 7 Junii ejusdem
annii coram eodem.
- 31 Primum requisitum vocatis §. totius descend-
tentiae clarissime appetit: Testator enim insti-
tutus nepotibus substituit eorum filios, * & des-
cendentibus masculos in infinitum, & in perpetuum,
Rota in DD. Terracinen. de Pelorii 15 Maii 1648.
§. quad primum, & 28 Maii 1649. §. primum re-
quisitum Bononiæ. de Guidottis 23 Januarii §. 1, & 7.
Junii §. circa primum. Eoque magis, quia Testa-
tor non solum vocavit ad successionem descenden-
tes masculos natos, sed etiam nascituros,
quod verbum operatur, ut omnes habeantur pro
vocatis ad successionem, Mantic. de conject. lib. 8.
tit. 8. nu. 22, vers. sed hæc conject. Rot. decif. 279,
num. 26, part. 6, recent.
- 32 Secundum requisitum, quodd substitutio facta
fuerit ultimo morienti optimè colligitur ex illis
verbis. Quod si prefati instituti, & substituti mas-
culi decederent sine linea masculina, non enim
potest deficere linea masculina, nisi eveniente
casu